

(296.13.) 33
2. D. B. V.
DISSERTATIONEM TERTIAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. FRIDERICO AVGUSTO
ELECTORATVS SAXONICI HAEREDE
DE
**LEGIBVS DIVINIS
POSITIVIS
VNIVERSALIBVS**

PRAESIDE
M. JOACHIMO HENR. MOELLENHOFF,
SVSATO-WESTPHALO
IN CELEBERRIMA AD ALBIM ACADEMIA
AD D. XIX. SEBTEMB. A. R. S. MDCCXI.
HORIS POST MERIDIEM
ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
JOHANNES MARTINVS *Märlich*/
GVELPHERBITO-BRVNOVICENS: PHILOS. SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE,
LITERIS SCHVLTZIANIS.

5945

DR. HINDENBURG
RECOLLECTIONS
OF A VICTORIAN
LITERARY LIFE

LITERARY
MEMOIRS
OF
POTTERY
AND
PAINTING

BY
CHARLES
DARWIN

WITH A HISTORY OF
THE AUTHOR'S LIFE

BY
CHARLES
DARWIN

WITH A HISTORY OF
THE AUTHOR'S LIFE

BY
CHARLES
DARWIN

WITH A HISTORY OF
THE AUTHOR'S LIFE



UM nuper Celeb. quidam Vir, in
Theologia sua, quam edidit mora-
li P. II. C. I. §. XI. pag. 504. novum
quendam scrupulum injecerit ad-
versus leges, de quibus disputamus,
ejus brevissime hic meminisse li-
cet. Dicitur namque 1) *Incertum*
esse, quicquid de legum istarum promul-
gatione dicatur, *imo istam leges eas promulgandi rationem,*
quam vulgo statuant, vix videri sufficientem, ut per eam cer-
to ad omnium hominum notitiam leges istae pervenire potue-
rint, *quod tamen ad legem universalem requiritur*. Respon-
detur autem (a) *Videtur promulgatio referri inter re-*
quisita legis essentialia, quod quidem negandum esse
existimamus. Obligationem enim, lex continere, et si
non promulgetur, actu autem exercere eandem, non
promulgata, non potest. Nec (b) dubitari potest quod
tenor harum legum in omnium hominum notitiam ve-
nire potuerit. An non lex de Arbore vetita, Adamo
lata, & ab eo posteros docenda, facile hoc modo omni-
bus innotuisset hominibus? Eadem ratio est legis de
suppicio homicidæ aliarumque. (c) Salvandi modus in
V. T. unus erat, & ut ita loquar, universalis; hoc est:
Homines ad unum omnes obligabant, ut, si salvari vel-
lent, illum observarent. Qua ergo ratione omnes no-
visse potuerunt hunc salvandi modum, eadem ratione
(vel saltrem ejus occasione) etiam innotescere potuere
hæc leges nostræ. Si quis eas ignorasset, ignorantia hæc
tam
):

ram fuisset crassa, quam ea, qua quis, etiam inter Christianos excusari v. c. congresum cum bestia ideo postlat, quod, nescierit, eum esse prohibitum. Dicitur II. Quod leges aliae sint absolutae, aliae hypotheticæ. Illas stricto sensu leges esse, eoque pertinere, Naturalem, Moralem: has vero certum Institutum supponere. Et hoc referuntur lex de arbore vetita Matrimonio, Sabbatbo, item Sacraenta Vet. & Novi Testamenti: Ast responderetur 1.) qua ratione celeberrimus Vir sumat vocem absolutas, nos equidem, fugit, videre enim alias non possumus, qua de causa leges Ceremoniales ad absolutas referre poruerit. 2.) Dum Instituti meminit, id æque innoteat hominibus omnibus necesse fuit, quam leges positivæ Univ. ergo vel hic promulgationem aliquam concedere omnino Celeberrimus Author videtur ipse. 3.) Si ad instituta illa observanda lege obstringimur, & vero Sacraenta N. Test. illuc etiam pertinent; ergo nova lege ad nova Sacraenta in N. T. nos adstrinxit Salvator, novas ergo leges condidit. A qua autem sententia Celeberrimum Authorem alienum esse lubentes credimus.

Quoniā ipse, negotiis impeditus, corrigere dissertationem non potui, vitia, quæ me infcio irrepere, Benevolus lector benignè interpretabitur: v. g. p. 4. lin. ult. involventia pro involventibus pag. 6. lin. 7. Nec pro sed ib. vox tantum delectatur, &c. it. verba nisi de infirma specie loquare.

APHOR. IV.

Imperium maritale est legis positiva universalis & perpetua.

Bεβαίωσις.

 Ta, missis ambagibus, docemur ex Scriptura sacra. Deprehendimus enim hanc legem esse 1. divinam, Gen. III. 16. latam propterea, quod mulier virum seduxerat ad comedendum de fructu arboris vetitæ. Quasi dicere voluisset Deus; Ecce Adamus tibi, verbis suis oris utenti, obsequutus est, & ad peccandum inductus; jure ergo talionis usurpus ita ordinabo, ut Maritus imposterum tibi dominetur, tuque illi imperanti sis subjectus. 2. Patebit etiam, legem esse positivam: Nam utur ratio dictitet, esse consultius, conditionique sexus congruentius, quod Thomasius Inst. p. 458. negat, & in Fundamentis juris naturæ p. 176. affirmat, imperium esse penes Maritum; vix tamen crediderim, mulieres hac saltem ratione sibi persuadere possuras esse, ut relicta libertate ad alterius nutum actiones suas componant. Sibimet enim ipsis sapere sèpèt, nec sine fundamento, videntur. Litem ergo mulieres movebunt Vincentio Gravinae, qui, in Orig. jur. civ. Act. Lips. 1708. M. Oct. p. 470. imperium Marito ob corporis mentisque præstantiam acquiri ait. Negabunt illud partim, conf. Pufend. de I. N. L. VI. C. I. p. 858. partim & consequentiam haud militare regerent: præstat mente & corpore; ergo imperium eidem est concessum. Enimvero quandoque Cardinalis præstat mente & corpore, nec tamen Papæ imperat: Etsi Diabolus seducturus, Evam potius quam Adamum aggressus fuerit & expugnarit, docturus eo ipso tum sexum ipsum, tum alios, quod ea pars prosterenda sit prius, quæ videri poterat magis infirmior. Nec ex consensu deducere poteris imperium Mariti, cum ille saltem intendat mutuam sibi licet procreationem, & adjutorium mutuum. Aliud ergo fundamentum est, ex quo uxorem Maritus habet, aliud, quo imperat: Illud consensui tribuendum existimamus, hoc vero legi divinae latæ Gen. III. 16. קְרָב לְשׁוֹן Lutherò inter prete, Et soll hein Herr seyn. Estque consensu nil aliud, quam occasio vel

via quædam, per quam executioni dare potest Maritus illud, quod lege Deus sanxit: Mulierem tamen animal occasionatum cum Aristotele & Peripateticis dicere nolim. Obiter hæc meditanti succurrebat, numne pæna loco citato & marito & uxori dictata positionis sit divinæ universalis? sed id ipsum transeat. Pergimus potius, demonstraturi, 3. eandem legem esse universalem. Quod docent (a) subiecta, de quibus h. l. fermo est, totum genus humanum representantia (b) loca plura in Novo Testam. Rom. VII. 2. 1. Cor. VII. 19. Cap. XIV. 34. 1. Tim. II. 12. Eph. V. 22. sq. (c) rationes probabiles, ex ultimis locis eruendæ. Viri caput Christus est, uxoris caput vir est. Quo nobilius caput, eo nobilius membrum; atqui caput viri est nobilius, ergo & nobilius erit vir membrum, quam famia. Imo omnia membra per caput reguntur: Regetur ergo & uxor per imperium viri, qui ejus est caput. Porro mulier est propter virum: Ergo vir est magis quid, quam uxor. Sequi hinc putamus, quod uti in personam uxoris Maritus habet potestatem, ita & in bona uxor, procedendo vel a majore ad minus, vel, quod bona se habeant instar accessorii, quod sequitur suum principale. Congruerat ergo illud, quod minus erat, subjici, illi, quod magis. Conf. Thom. Instit. jurispr. L. III. C. II. p. 105. Pufend. de J. N. & G. p. 851. & Hochstetteri Colleg. Pufend. p. 396.

APHOR. V.

Gradus linea collateralis in matrimonio sunt omnes lege positiva divina universali & perpetua prohibiti. Casus autem de Fratria ducenda dubius est.

En. Geor. 5.

§. I. **F**acili credebam negotio, largiri omnes, quod non lege divina positiva, sed naturali, conjugia inter ascendenttes & descendentes in linea recta sint vetita. In perlustrando autem Authore certo nuper occupatus, deprehendi, quod ille hoc ipsum ex lege naturali non solum demonstratu admodum difficile habeat, sed &, quod argumenta, pro affirmativa alias adduci

adduci solita destruat, vel saltem destruere conatus fuerit. Et si vero quædam rationum pro affirmativa a quibusdam adductorum lapidem lydium non ferant, sunt tamen, quæ sententiam hanc maxime stabilunt. Institutiones hinc Justinianeae L. I. Tit. X. de Nuptiis §. 1. si tales personæ, inquiunt, in linea ascendentे & descendente, inter se coierint, nefarias, id est, explicante Stryckio, quas nefari quidem debent, obsummam turpitudinem, atque incestas contraxisse nuptias dicendæ sint. Et ita omnino est. Incesta, hoc est, incasta sunt matrimonia ea omnia, quæ inter ascendentēs & descendētes contrahuntur: Tollitur enim finis matrimonii, aut saltem mutatur. Hic enim est, procreare liberos, non sorores aut fratres, uti recte observat B. Zentgr. de Orig. Ver. & obl. J. G. p. 27. Nec decebat misceri te cum sanguine, a quo per partum separatus eras. Qui vero asserunt, quod nullo jure prohibitum sit conjugium filii cum Noverca Matre, ii & negare videntur, quod gradus Levit. XVIII. sint prohibiti, cuius contrarium suadent v. 12. 13. Quodsi enim prohibitum est ducere Matris Sororem, multo magis vetitum erit ducere matrem Matris, quæ Noverca est, cum & hæc Matris instar sit colenda. Negligendum quoque non est, quod dicitur, ob communionem sanguinis matrimonia ascendentium omnia prohibita esse in infinitum: Poteſt enim omnino hæc communio physica ita esse comparata, ut turpitudinem habeat inseparabilem ac necessariam, quam negare videtur Doctissimus contrarie sententiae Author, Thomasius Instit. Jurispr. p. 480. Et hanc dicimus in esse Matrimonii eorum qui a ſe invicem descendunt, quod rationem ſupeditat ſecundam, qua induci ſtatuimus jure naturæ ea connubia esse prohibita. Per ſe enim hæc conjugia tollunt reverentiam Parentibus a Filiis exspectandam. Sufficerat ergo Levit. 18. v. 7. saltem monuſſe, quod ſit Mater, ergo eidem te maritaliter associare non debes. Hæc ſane ratio non ex lege aliqua positiva additur, puipequam esse dictitat natura. Id quod certissimum est, ſed a nobis hic prolixius diduci ob char-

tæ angustiam non potest. Affertur equidem pro sententia contraria matrimonium Principis cum subdita, reginæ cum subdito, sed non officit nostræ sententiaæ. Priore enim casu, ubi Princœps subditam in thorum adsciscit, ibi nec communio sanguinis, nec confusio ordinis est metuenda. Posteriore casu, ubi regina subdito nubit, ibi subditus ille vel ita sit reginæ Maritus, ut simul rex sit, (quod fieri, si non alibi, facile saltem in Polonia olim potuit;) aut saltem Mariti vices subit penes reginam. Si prius, res est in yado, tenebitur enim regina ei parere ut regi & Marito. Si posterius, saltem corporis usum ut Maritus poscere potest ab uxore: Debita enim conjugalia fibimet præstant, non ut rex & reginæ, sed ut maritus & uxor. Potest ergo utroque casu sine injuria omni subditus aut evadere Dominus absolutus ut Rex & Maritus, aut vi legum divinarum saltem poscere dominium Maritale. Non autem sine injuria Matris Filius imperium ceu Maritus exercere potest, nec Filia, sine injuria Patris, tantum obsequii, quantum ille merito poscere poterat, eidem denegare. Possibile enim non est, ut desinas esse vel Patris tui Filius vel Matris tuæ filia. Recte itaque Dominus Chr. Thom. Inst. Jur. Dnæ p. 155. liberos cum Parentibus ob reverentiam contrahere matrimonium non posse docet, quæ sit perpetua: Pater enim & mater manent Pater & Mater, etiamsi liberi maxime sint adulti. Quando autem id legis positivæ esse asseritur loco citato, discere cupio, num & illud, quod reverentia a Filiis debeatur Parentibus, & quod Parentes manent tales, etiamsi Filli sint adulti, lege positiva, non vero naturali, intoscet? Ast non repugnat, ut ei, cui jam pares, mox imperes.

§. 2. Alia autem ratio est, connubiorum ab illis inter se contractorum qui collateraliter & quidem æqualiter se se respiciunt, quæ saltem lege positiva universali verita esse censenus. Divina 1) est lex, quia traditur Lev. XVIII. 9. XX. Positiva 2) est, quia, absente lege determinante, adhuc pro divinitus concessis haberentur, ceu intrinsecam quandam turpitudinem non involventia. Universalis 3) est, quia ex eo ad ceremonia lem

POSITIVIS V NIVERSALIBVS.

3

lem et forensem non potest referri, quod Ethnici legem hanc violasse dicuntur, quibus ea vel per Adamum vel Noachum innotuit. Cum tempore Nov. Testamenti contra quandam prohibitionum illarum ab Herode aliquid fieret, Johannes docebat, corrigens eundem, non recte egisti, quod sociam elegisti fratris uxorem. Jam si hoc valet de Fratris uxore, multo magis de sorore ipsa: Non enim lex Lev. XVIII. 16. est pura Moysaica, sed et te Herodem, tempore N. Test. viventem obligat. In linea collaterali inaequali ea conjugia lege divina saltem sunt prohibita, quae inferunt Parentum et liberorum respectum. Lev. XVIII. 12. 13. ubi non solum personae nominatae, sed et alias simili gradudistantes intelliguntur, ut v. 9. avunculus et hinc censeatur prohibitus. Ast nunc de dubio casu conjugii cum fratria. Dubius hic manet propterea quia I. quando fratram ducere prohibitum esse probare satagunt, afferunt rationem generalem v. 6. Lev. 18., ubi dicitur, ad proximam consanguineam nemo accedat, vel, ad carnem in carneta non appropinquabis. Ast haec ratio ad casum praesentem nobis videtur, applicari non posse, sed potius ad eas solum personas pertinere, quae vel in ascidente et descendente, vel in linea collaterali aequali, se se invicem respiciunt. Dicendumque videtur quod, quando fratres et sorores dicuntur una caro, id intelligentur ratione tertii, nempe Parentum, quippe de quorum carne participarunt. Atque ita explicandum putamus verba Judae Gen. XXXVII. 27. Conf. Chemnitius loco de Conjugio p. 207. apud Goezi p. 69. Caro carnis inquit est, quae aut ex mea carne propagata est, vel ex cuius carne ego propagatus sum, vel quae mecum ex eadem carne propagata est. Quorum faciunt rationes verbis 10. et 12. adiectae, ubi filiae cum Patre nuptiae prohibentur, et Filii cum Matris Sorore, quod נָשָׁה שְׂאֵלָה seu caro Patris tui est. Jam vero si dicere velis etiam uxoris sororem cum Marito esse carnis carnem, prohibebis simul conjugia confobrinorum, seu inter fratrumque sororumque liberos, contrahi solita, et hactenus pro admisis habita.

A 3

Hi

Hi enim liberi utrobique suis cum Parentibus sunt una caro, quod si itaque sibimet iuicem nubunt, hoc ipso, quod sint caro Parentum, simul ipsorum parentum carnem inter se miscebunt, approximareque carnem ad carnem facient. Soror itaque Uxor cum hujus marito una esse caro dici nequit. Effet enim aut una specie aut una numero. Non hoc, quo patet. Nec illud, quia una specie caro tantum sunt Parentes et liberi, fratres et sorores, quae de eadem specie carnis participantes nati sunt. Quod si objiciatur, uxorem, de cuius sorore quaeritur, factam esse cum Marito unam carnem? tum respondeo, id rursus non ita factum est, quasi in unam numero (nisi de infirma specie loquare) carnem coaluerit, cum, quod per maritalem congreßum seminis utero ingeritur foemino, in substantiam faeminae non abeat, sed rursus transeat vel cum parti, vel alio modo. Moraliter ergo dicendae sunt Maritus et uxor esse una caro, et, si consuescant, physice uniri dici possunt. Quae unio moralis non impedit, quo minus post mortem uxoris sororem ducere non posse, quia non sit appropinquatio ad carnem carnis. Quando II. easum hunc exigunt ad v. 16. cum uxore fratri, tum aliquam hic fateatur analogiam, sed et magnam anomaliam, quam partim ipse Sp. S. ostendit, dum aliam rationem additv. 16., aliam v. 18. Frater concubens cum uxore nuditatem ejus revelat, fitque uxor nuditas Mariti: ast Maritus concubens cum uxoris sorore, dici non potest, quod haec cum de functa uxore congreßa fuerit, nuditatemque revelarit, quod tamen omnino factum est in Conjugio Fratris sua cum uxore. Porro cum quis Fratris duceret viduam, semen immitteret in idem, in quod Frater, vas; ast, si jungatur Maritus cum uxor sorore, alia hic ratio est. Si quis recurrat ad graduum prohibitionem, eam etnos concedimus, tum qua consanguinitatem, tum qua affinitatem in linea recta et collaterali, sed, NB. quousque respectus Parentelae locum habet, eademque ratio prohibitionis. Jam vero ex jam dictis patet, neutrum horum hic obtinere. Conf. hic Müllicher dispensations-Recht in verbo thener Ehe L.I. c. IV. Dubius ergo manet

manet casus, ut ipse Kettnerus fateri dicitur Goezio in der grund-
losen Absertigung p. 207. Nec fulcitur sententia prohibitionem
astrictura 1) dictis scripturae, ubi, Td in vita ejus, non limitat ad
hanc solum vitam sed et post eam obligat, quia penitatis praedica-
tis in locis ab aliis citatis, omnino restrictio ad praesentem obtinet
vitam. Loca autem ea omnia huc afferre non possumus prolix-
itatem evitaturi. Nec 2.) instantia ab honore. Parentum peti-
ta et ita instructa: Parentes honorabis quoad vivent, desines
autem eos honorare post obitum? Nam a) Parentes honorare
post mortem, illud requirit lex naturae, conjugium vero cum fra-
tria vetat lex positiva. b) Morte Parentum tu non desinis esse fi-
lius, ast mors solvit matrimonium. c) In corpora Parentum injurio-
sus esse filius degener potest, non vero, contrahendo cum fra-
tria nuptias, defunctam uxorem affligere maritus. Imo d) Hono-
rem Parentibus debitum hoc ipso plurimum testantur filii, cum
ad nutum eorum intenti faciles sunt in exequendis, quae impe-
rantur, vitandis, quae prohibentur; atqui hoc solum restringitur
ad hanc vitam, cum post vitam mandare Parentes desinat. B.
etiam Lutherus citatus passim in Act. Oetting. et ab ipso Kett-
nero in Comment. in Cap. XVIII. et XX. Lev. p. 74. admisit
hoc conjugium. Interim, quicquid sit de conjugio cum uxoris
forore, in tanta tamen uberrima foeminarum segete, cur non
dissuaderemus potius hoc conjugium, quam suadendo conscienc-
tiis, aliquando teneris, vincula injiciremus? atque hoc fieri, A-
cta Oettingensia legentem docere possunt. Cur non 2) et hujus
conjugii prohibitionem, epis instar, reliquis, clare et distincte
propositis, objiceremus, ne et earum transgressio sit facilior, ut
loqui amat Pufendorffius de J. N. et G. C. VI. §. 35. Cur non
3) utilitati, uti alibi, ita et hic serviremus? Atqui haec ita ex-
misso conjugio cum forore uxoris speranda; ne inter tot homi-
num millia, coarctatis per tale conjugium familiae limitibus,
arctior simul filiis, haud raro orphanis, fiat via adeundi eos
quos defunctae Matris memoria ad subveniendum miseris ex-
stimulare poterat. Si autem foror forori superinducatur, talis

actanta

ac tanta, manet, qualis ac quanta ante fuit familia. Cur denique 4.) ordini non studeremus, confusionemque vitaremus? Atqui, cum ex uxore defuncta liberi suscepti fuere, et post eam ducta soror filios quoque luci exponat, filii prioris posteriorem Matrem et Materteram venerari, se invicem vero ceu Fratres, et forores, et simul ceu cognatos respicere tenebuntur. Caeterum qui legere cupit aliorum sententias, adeat B. Dannh. Hom. Sp. Pap. T. i. Ph. n.p. 877. Eundem in Theol. Symbol. p. 782. B. Scherz. in Brev. Hülsem. Ext. Cap. XXI. p. 1657. Thom. in Inst. jurispr. divinae L. III. C. 3. p. 524. Hochstett. in Colleg. Pufend. p. 416, Mulleri Dispensations-Recht p. 22, 32. et volumen illud Actorum Ottingensium, Kettnerum in Comment. ad Lev. XVIII. et XX. Goez. in der ungekränkten Ehe mit des Weibs Schwester.

APH. VI.

Matrimonii vinculum lege divina positiva universali, eaque perpetua, est indissolubile.

Bēβάωσις.

Legem hancce esse I. divinam, hoc (a) non probatur apodictice ex loco Gen. II. 23. 24. Etsi enim occasione verborum loco citato obviorum, inferri possit: Congruum est, ut mulier haec, quae est caro mea, carni etiam meae perpetuo maneat juncta: Etsi porro tam arcta sit, Marem inter et foeminam in cedens, combinatio, ut licet parentibus, adhaeserit Marito uxor; excipi tamen exinde lex quaedam divina nequit, quia verba sunt Adami, non Dei, nec illud, quod congruum esse videtur, vim legis obtinere statim potest. Imo, nec ea ratione, qua Eva cum Adamo, hodie ulli conjuges dicere possunt, quod una sint caro, neque de tam arcto inter se nexus gloriari. Et, quod concernit verba, ubi dicitur, relictis Parentibus uixi adglutinabitur, haec mulierem honore Parentibus tribuendo non soluunt, sed imperio Parentali ademptam, familiaque exemptam, Marito subjiciunt, inque hujus familiam adsciscunt. Firmius pro indissolubilitate matrimonii argumentum deducitur, (b) ex Matth.

V 32.

POSITIVIS V NIVERSALIBVS.

9

V. 23. Cap. XIX. 9. ubi ponitur, quod dimittere uxorem licitum sit, ast tum demum, cum illa fornicationis convinci potuit. Difficile autem est augurari quaratione, qui alia, quam fornicationis causa, repudiavit uxorem, eam dicatur facere moechari. Friedlibius equidem in Theologia Exegetica in N. T. p. 108. ex Tacito Judaeos projectae depingit libidinis. Etsi quae piam per repudium a spe nuptiarum dejecta erat, adque uagos concubitus simul dilapsa, ut si conjicere licet, ea forsitan ratione repudians, dici poterat facere repudiatam ob aliam, quam stupri causam, moechari; quoniam dum, ob causam non legitimam, a marito dimissa fuit, vinculum conjugii insolutum integrumque mansit, et, si postea vagis libidinibus se sededit, moechatur ipsa, quia non est soluta, moechatus et ipse, quocum consuevit; At, si justam ob causam repudiata fuit, fornicatus saltem, non moechatus, adeoque tam graviter non peccat. Conf. B. Dannh. Deuteronom. p. 770. seq. B. Hunnium in Matth. p. 156. Etsi vero tam expreßum mandatum Dei in V. T. non existet, quo indissolubilitas vinculi matrimonialis probari posset, sine fundamento tamen non infertur, quando ex Gen. II. 18. elicitur, quod si bonum non est, hominem esse solum, ergo Deus auxilfaticem foeminam eidem adjunxit, quae per totum vitae spatium ipsi adesset. Atqui, si Adamus Evam suam sibi in auxilium datam repudiasset, sprevisset ordinem institutionemque divinam vim legis omnino obtinentem, praesertim tum, quando authenticata interpretatio Salvatoris nostri ad primam hanc institutionem ita Matth. XIX. 8. prouocat: ab initio non erat sic. Conf. Scherzerus Coll. Antifoc. p. 387. Est vero et II. haec lex positiva: Quia 1) nec juris est naturae, nec moralis, perpetuo unam uni manere junctam uxorem marito. Quia 2) Deus permisit, libellum repudii Deut. XIXV. 1. sq. Imo, si alterum conjugum membrum fornicatione se poluerat, divortium approbat, Matt. cit. I. quod contra Johannem Prideaux Ep. Wigorn. vindicat B. Scherz. in Brev. Hulsem. ext. p. m. 1719. Est. III. Lex universalis atque perpetua: obligavit

B

vit



vit enim ab initio et adhuc tempore Christi, ut superius disputata docent. Cui non obstat locus Deut. XXIV. i. sq. disponit enim Deus de calu, si contingit; casum autem non magis probat, quam scortationem et homicidium, de quibus tamen etiam Deum dis- posuisse aliquando, sacrae literae testantur, verba haec, inquit, Scherz. Brev. ext. p. 1672. non sunt praeceptiva, sed purgativa tan- tum casus. Conf. Dannh. Theol. Consc. T. I. p. 807-814. Ej. Ho- dosoph. p. 137. Bald. Caf. Consc. L. IV. Cap. XIII. p. 900. Scherz. Synt. p. 805. Grotium de J. B. et P. p. 148. Edit. Amst. A.D. 1550. Jae- gerus in eum p. 112. Chemn. Harm. ev. p. 1352. sq. Pufend. de J. N. et G. L. VI C. I. §. 21. sp. Thomas. Inst. jurispr. div. L. III. c. 3. §. 49. sq. it. in Fund. J. N. p. 183. sq. Hochstetterus in Coll. Puf. p. 409.

APH. VII.

Lex de homicida capitaliter puniendo est divina positiva et univer- salis tum respectu temporis tum respectu hominum.

Ex Deo.

NUm i) verba Gen. IX. 6. sint praeceptiva, longa quidem in- quisitione opus esse haud existimamus. Eleganter enim de- cretum divinum nobis proponit versus 5. Gen. IX. his verbis: requiram sanguinem vestrum ab animantibus et hominibus, שׁׁרֵךְ; quis autem negarit, Deum id, quod requirit, non simul praecipe- re? Decreti executionem docet v. 6. ita requiram, ut qui hominis effuderit sanguinem, ejus sanguis rursus effundendus sit per hominem. Hic ergo, aut privato id faciet consilio, et sic eo magis incurrit reprehensionem Christi, quam unus ille, qui aggressorum Christi cuiquam aurem sumto gladio detruncabat: aut publica authoritate munitus; ergo ille qui jure gladium gerit, idque non frustra, sed in laudem ei, qui bene, et in timorem ei, qui male agit. An autem in arbitrio ejus, cui per ordinationem hanc di- vinam conceditus fuit gladius, positum existimas esse, velitne co- uti, an non: affirmabis simul perinde esse, ulciscaturne malum magistratus, an impunitum relinquat omne, et conclusione juris naturae, malum punito, contradicēs, stultaque gladium geri pos-

se

POSITIVIS UNIVERSALIBVS.

ii

se dices, lex ergo est Gen. IX. 6 contenta: Homicidae sanguis fundatur, in qua futurum ponitur in fontibus non minus hic prae- cipiens, quam in decalogo. Lex est inquam divina, ab inferiore nemine de jure, dispensabilis. Dicas, si Princeps quis hancce le- gem nece innocentis transgressus fuerit, num et hic capitaliter puniendus. Resp. Cum alius in terra constitutus non fuerit, qui gladium gerat, ad eum puniendum, sed potius ipse gladio arma- tus sit, ad puniendos alios poenam eo modo subire non potest: Nec se ipsum punire fas erit, cum suae non est vitae Dominus, ut eam servare et profligare pro lubitu posit, nec se ipso est supe- rior, ut simul, seipsum eeu inferiorem trahere ad supplicium pos- sit. Poena tamen manebit. Valebit ergo huc, quod occulto Dei judicio poenam promeritam suo tempore dabit. Eadem lex II. positiva est. Quia 1.) non est naturalis. Etsi enim lex naturae in genere docet, delinquentem omnem esse puniendum, ergo et ho- micidam; in specie tamen poenam promeritam externe sube- undam non determinat. Non est 2.) moralis. Haec enim etsi ve- tat homicidium, eeu rem per se turpem et detestandam, poenam tamen transgressor in specie dicitat nullam. Manet ergo 3.) po- sitiva, pro lubitu enim Deus adjecit poenam capitalem, pro lu- bitu etiam Cainum ab obligatione poena hujus exemit. Gen. IV. 15. Est III. Universalis eademque derpetua: Iis enim ferebatur, qui post diluvium terram omnem incolis implere debebant, ade- que totum genus hominum repreäsentabant. A Christo 2.) re- petebatur Matth. XXVI. 52. et 3.) a Johanne quasi ob-signabatur, Apoc. XIII. 13. Nullo ergo tempore post Apocalypsin lex talis figi potest, quae homicidarum quenquam a dicta capitalis sup- plici poena eximere jure possit. Recte proinde notae Institu- tiones jurispr. divine p. 608. verba Geneseos, inquiunt, non solum comminationem, sed et approbationem, non factum nudum, sed jus continent. Quae cum ita sint, ab iis, quae Author observatio- nis 27mae obs. Hal. T. VI. tradit, subrui nequeunt. Enimvero infer- tur ibidem ita: Non est lex poenalis, quia non habet adjunctam poenam.

B . 2



poenam externam. Ast quam 1.) praecipitanter. Num enim quis interne effundere sanguinem poterit? Atqui expresse hic dicitur: Qui effuderit sanguinem hominis, non impune id feret, sed ejus sanguis rursus effundetur per hominem. En poenam externam. Quam 2 incongrue: Quis enim ita concludere vellet et vincere: Sententia haec additam poenam externam non habet; ergo non est legalis. Quandoquidem nec lex, quae furtum prohibet talem poenam adjectam habet, desinet ergo vi sententiae contrariae esse lex. Sed nituntur haec talia hypothefi prolixius detegenda et rejicienda alio tempore. Vide interim Ch. Thom. Fundam. I. N. et G. p. 199. Nonnulli secus docent, adeoque id maxime dant operam, ut argumentum primarium cum aliis destruant: Excipiunt ergo i. Habere in Textu hebraico futurum, quod intelligi etiam possit de eo, quod occulto judicio Dei fieri soleat ut homicidae, etiamsi effugiant poenas humanas, tamen eorum sanguis iterum fundendus sit ab aliis hominibus. Ast Resp. (1) Futurum ponitur, et quid fieri Deus praecipiat intelligitur. (2) Nec occultum judicium aliquod hic est singendum nisi tum, cum is, qui poenam promeritam infligere debebat delinquenti, connivet, tunc enim Deus faciem suam contra tales ponere vult, eamque poenae promeritae reservare. Ut ita casus infanticidarum ab ipso Deo proponitur Levit XX.4. Hic ergo aequo futurum est ac in Cap. IX. Gen. habet autem significationem imperativi, ut inspectio docet: Sed NB. (c) Dicitur in exceptione, etiam si homicidia effugit poenas humanas; tamen alii homines sanguinem ejus fundere debent. Hic primum, conceditur, poenam capit is in currisse homicidam, quia singitur casus, ut si effugerit poenam: Deinde ab aliis hominibus quando dicitur fundendus sanguis ejus, hi alii omnino sunt tales, qui, si sanguinem fundunt, poenam promeritam non instigunt; quia nullam potestatem infligendi habent. Quod dum faciunt, ipsi metuunt homicidae, homicidam et si interficientes. Quod ipsum omnino Deus ordinis, ordinatione instituta Rom. XIII. tollere voluit.

Exc-

Excipitur II. Ea interpretatio est praefерenda, quae convenit cum jure Naturae, at talis est ea, quae jus dispensandi relinquit Principi. Resp. 1.) Explicatio legis positivae ex jure naturae petenda non est. Olim quoque cum jure naturae conveniebat, ut Fratres sororibus juncti procrearent sobolem, mundumque incolis implerent, quae tamen postea aliter sancta sunt lege divina positiva. 2.) Etsi princeps habeat potestatem dispensandi, ea tamen ita est exercenda, ut fiat sine injuria tertii, et sine laesione proportionis per leges iustitiae inter delictum ejusque poenam requiritae. Atque hanc proportionem etiam vult observari jus naturae, quae vero non facile obtinetur, nisi rursus interveniat mors homicidae: Cum omnia reliqua sint recuperabilia, sola excepta vita. Quod si me urgebis, hac ratione lege naturae potius, quam positiva supplicium capitale subiri ab homicida: tunc respondeo? quod quidem poenam externam etiam dicitur jus naturae, sed non determinnet. Determinatio ergo paenae legis est positivae universalis. Ubi tamen quaeri poterat, an determinatio tam stricte sit sumenda ut non nisi gladio rursus sit fundendus sanguis homicidae, et non satisfactum sit legi divinae, ubi vel in patibulo suspendatur, vel alio mortis genere moriatur delinquens.

Excipitur III. Non Praescribi legem in illo dicto Magistratu politico, quod exinde verisimile est, quia illo tempore in Familia Noachi nondum fuerit respublica, nulli et ergo Magistratus fuere. Ait Resp. Notatus Doctorissimus Christ. Thomasius in dissertat. de jure aggratiani Cap. 1. §. 2. vocem Magistratus a Theologis Protestantibus inventam non esse, sed ante reformationem in usu Pontificiis fuisse. In significatu vero linguae latinae nativo notare eum, qui inter mediā gerit potestatem in respublica a summa dependentem. Optime haec accommodantur

dantur ad tempora Nochica. Ibi enim Theocraticum obtinuit Regnum, in quo summa potestas erat penes Deum ipsum, jam si contigisset, quod facile fieri potuisset, ut homo hominem interfecisset. Deus vi summae potestatis omnino alicui hominum tum viventium in mandatis dedisset, ut vel ipse rursus homicidam e medio tolleret, vel id fieri ab alio curaret. Qui si id fecisset, potestatem Magistratus a summa acceptam excercuisse, dicendus fuisset.

Excipitur IV. Dictum iliu[m] esse faltem appendicem legis scil. praecedentis de sanguine non comedendo. Atqui hanc legem non esse universalem atque perpetuam, ergo nec appendicem, etiam si concedatur quod sit lex universalis.

Resp. i. Fontes ita incipiunt v. 5. **N**on quod reddi potest: Et omnino, ut sensus sit, et omnino sanguinem verum vindicabo. Ex quibus patet, serium Dei studium vindicandi sanguinem innocentis. 2.) Est omnino nova lex: quia adest novum objectum legis, quod v. 3. & 4. erat omne vivens, non homo: Adest ratio legis nova, quia homo hominis est frater v. 5. et quia homo ad imaginem Dei est conditus. 3.) Quod autem lex sit perpetua, & Christus Matth. XXVI. 52. & Apocalypsis Johanna loco supra citato evincunt. Contra quem locum ultimum frustra expit, quod istud **de**, oportet, saepius etiam necessitatem physicam importet, non semper moralem: si enim necessitate physica gladio occiditur, absolute occiditur & nulla potentia humana impedire potest, ut aqua non mandefaciatur. Manebit ergo potius necessitas moralis.

Excipitur V. Est haec lex affirmativa, ergo admittit exceptiones. Resp. lex affirmativa exceptionem nullam admittit, ubi commode id fieri potest & debet, quod in ea praecipitur. Atqui patrato homicidio commode fieri potest, ut lex de capitaliter puniendo servetur, ergo & debet. Atque

Atque tantum, paucis de exceptionibus nonnullis: reliquas ob augstiam, quae nobis praescripta est, linquamus.

A PH. VIII.

Sacrificiorum indeterminate spectatorum, si fundamentum consideres, ad legem naturae; si ritus eorum determinate species, ad legem positivam universalem; si denique scopum et finem, ad Evangelium referenda videntur.

En Decis.
CVM fundamenti mentionem in Aphorismo facimus, id nobis constituit gratiarum actio solvenda pro multis beneficiis in hominem a Deo collatis, jam vero ctiam inter beneficia omnino referenda dicitat natura, quando frui ad sustentationem corporis praeter vegetabilia etiam vivis animantibus licet. Atqui primitias ex iis, quae ex larga Dei manu accipimus offerre, cur non recta dictiitaret ratio? Cum corrupta ratio populorum, quoruui ingenia hodierno tempore consuetudine cum aliis formantur rectius, olim laetata fuerit, quando ad mandatum Principis seipso praecipites reddidere, vitamque profligare, hoc ipso testaturi animum erga Principem devinctissimum, ut taceamus gentium illarum mores, quibus, ut felicem coeptorum sibi polliceri possent progressum, hominem immolare in usu fuit positum. Regum insuper in honorem saepius tormentis explodendis, aliisque ludis ignivomis, quantum pulveris pyrei consumiture Imo, dum ad certamina coeunt leones feroci, murmure terribiles ursi, callidissimae vulpes, aliaque animantium genera; haec sane se invicem dilaniant, ac non raro, dum alterum ab altero devoratur, ita consumuntur, ut igne destructo haud absimile videantur. Quod ipsum dum ita statuimus, in castra Pontificorum nos non transire, manifestum ex eo est, quod nos hoc ipso gratum animum saltem declarare annitamur, Papicolae vero Deum placare per sacrificia a natura praescripta fingant

tingant. Idque ideo, ut eo majorem autoritatem concilient Missae, quam sacrificium esse somniant. Ritus vero seu modus sacrificandi determinatioque animalium immolandorum lege divina positiva universaliter prescribitur. De quo Leviticus copiose testatur, et ex eo Franzius Schola sacrific. p. 31. ubi universalitatem simul probare posse videtur ex eo, quod & Gentiles pro se sacrificari curarint testante id eodem Franzio L. c. p. 219. Non ergo cum Theodoreto et Hieronymo ad ea referenda sunt sacrificia, quae Deus permittit, cum haec solum sint mala; Conf. omnino Jaegerum in Jure Dei foederali p. 238. Hochstet. L. c. p. 205.

Per discursum cum amico moniti quaedam cogitata de distinctione legum divinarum positivarum univ. ab aliis legum speciebus, quantum pagellae angustia permittit, adjiciamus. Putamus ergo leges positivas univ. distingui I. a legibus naturalibus, (a) objecti qualitate; hic enim intrisece turpia & bona, illic ex impositione talia reprehenduntur. (b) objecti latitudine, cum plura sint, circa quae leges N. quam positivae, versentur. (c) principio cognoscendi, qui hic natura est & ratio, ibi scriptura & revelatio. II. a lege morali idque 1) rursus objecti qualitate. Quod hic in lege morali rursus est tale, quod per se vel est bonum vel malum; lex vero positiva non nisi arbitraria complectitur, adeoque etiam 2) objecti, latitudine: Plura enim determinantur lege morali, quam positiva 3). Fine, finis enim legis moralis olim erat vita aeterna Gal. III. 12. at nunc *αὐτομάταις* nostrae agnitione Rom. 8. v. 3. atque ad Christum compulsio. Finis vero legum posit. universalium est, dirigere quasdam actiones hominum externas impudentes, quo minus pejora mala faciat homo, & juvantes, ut facilius majoribus bonis studeat. Lex interim moralis sola objecti latitudine a naturali differre videtur; Nisi et finem hic alium fingere velis, *ἀναπολόγησιν* Paulinam ob oculos ponens ex Rom. I. 20. et modum promulgandi, aliaque.

FINIS.

ULB Halle
003 620 00X

3



5b,

VII

17



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



29. 13.
Q. D. B. V.

33

DISSESTITONEM TERTIAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO AVGVSTO
ELECTORATVS SAXONICI HAEREDA

DE

LEGIBVS DIVINIS POSITIVIS VNIVERSALIBVS

PRAESIDE

M. JOACHIMO HENR. MOELLENHOFF,
SVSATO-WESTPHALO

IN CELEBERRIMA AD ALBIM ACADEMIA

AD D. XIX. SEPTEMB. A. R. S. MDCCXI.

HORIS POST MERIDIEM

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

JOHANNES MARTINVS Klärich/

GVELPHERBITO-BRVNOVICENS: PHILOS. SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE,
LITERIS SCHVLTZIANIS.

